

SENTENTIAE
CONSOLATORIAE, EX
SACRA SCRIPTURA FIDE-
liter collectae, & ad conscientias tristibus cogitationibus & alijs incommodis oppressas, accommodatae, quarum usus est in tota vita, & praecipue, cum ad sacram Synaxin accedimus.

Esaiæ 53.

VERE LANGVOR-
es nostros ipse tulit, & do-
lores nostros ipse portavit,
& nos reputauimus eum
quasi Leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.
Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, contritus est propter scelera nostra. Ipse pœnam pro nobis sustinet, ut nos pacem habeamus. Et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in viam suam declinauit, & Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum.

1. Pet.